cens : Vos estis sal terrae : et cor vestrum sit sale conditum : ut omnes, qui ex te sumpserint, sint sanctificati in animabus, et corporibus : ut ubicumque aspersa fueris, effugias inimicum : et praestes omnibus remissionem peccatorum : expellas insidias, et excludas omnes daemonum tentationes. Te autem conditor, et restaurator omnium elementorum tuorum, qui haec fluenta tuo nomine sanctificata, ad purgationem locorum proficere iussisti, deprecor, ut nominis tui invocata majestate, gratiam Spiritus Sancti haec aqua accipiat : valeatque ad expellendas diabolicas artes, per manus servorum tuorum aspersa, et per sanctificationem, quam tu, Domine, sanctificando sanctificas, et benedicendo benedicis : ut omnis immundus spiritus, aspersione hujus aquae repulsus et confusus discedat, et omnis incursus Satanae, et omne phantasma, omnisque immunditia, et putredo inimicorum longe recedat. Nec consistendi, aut resistendi habeat potestatem : nec in eodem loco standi, aut

ness¹. I call upon thee by Him Who, with the Divine voice of His mouth, spake unto His Apostles, saying : 'Ye are the salt of the earth²,' and, 'let your heart be seasoned with salt : ' that whosoever shall take of thee may be hallowed in soul and in body : that wheresoever thou shalt be sprinkled thou mayest put the enemy to flight and mayest grant unto all the remission of their sins, and mayest cast forth all snares and shut out all temptations of evil spirits. And, O Thou Who art the maker and the restorer of all things which Thou hast made, Who hast commanded that these streams which are hallowed in Thy Name shall go forth to cleanse, I beseech Thee that through the calling upon the majesty of Thy Name this water may receive of the grace of the Holy Ghost, and may avail for the casting forth of the wiles of the devil, when it is sprinkled by the hands of Thy servants, and through that hallowing which Thou, O Lord, in hallowing dost hallow and in blessing dost bless : that when

¹ 2 Kings ii. 21.

² Matt. v. 13.

commorandi, sed victus, et destructus discedat diabolus cum omni pompa sua. Per virtutem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

this water is sprinkled every unclean spirit may depart, thrust out and confounded, and that all the invasion of Satan, and every delusion, and all the filthiness and rottenness of the enemy may go far away: that the devil and all his pomp have no power to stand, or to withstand, or to remain in the same place, or to abide, but go away conquered and broken; through the power and glory of our Lord Jesus Christ, Who is to come to judge the quick and the dead, and the world by fire.

Answer.

Amen.

Priest.

Exorcizo te, creatura aquae sale conspersa per Deum vivum, per Deum verum, per Deum totius creatorem, qui te in principio separavit ab arida, et in quatuor fluminibus dividere dignatus est: ut ubicumque portata, vel aspersa fueris, effugetur, et separetur inimicus et omnis putredo ejus, ut sit ipsa domus Deo dicata. Per virtutem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

O water sprinkled with salt, thou creature which God hath made, I command thee by the very God, by God the maker of all, Who at the beginning separated thee from the dry land and was pleased to put thee into four rivers: that wheresoever thou shalt be carried or sprinkled the enemy and all his rottenness may be set to flight and put apart, that that house may be an house dedicated unto God; through the power of our Lord Jesus Christ, Who is to come to

The Blessing of the Waters on

judge the quick and the dead,
and the world by fire.

Answer.

Amen.

Priest.

Te autem, creatura aquae, adjuro per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum : per eum te adjuro, qui te in principio separavit ab arida. Adjuro te per Deum vivum ; qui te de fonte paradisi manare fecit :

But thee, O water which God hath made, I charge by the living God, by the very God, by the Holy God : I charge thee by Him Who at the beginning separated thee from the dry land. I charge thee by the living God Who made thee to flow out of a river in Eden,

(Here he divides the water crosswise with his hand.)

et in quatuor fluminibus exire jussit, et totam terram rigare praecepit. Adjuro te per eum, qui in Cana Galilaeae sua potentia [te] convertit in vinum : qui super te suis sanctis pedibus ambulavit : qui tibi nomen imposuit Siloe. Adjuro te per eum, qui in te Naaman Syrum a sua lepra per manum Elisei Prophetam² mundavit : Aqua Sancta, Aqua Benedicta :

and commanded thee to go forth thence in four streams and to water the whole land. I charge thee by Him Who at Cana of Galilee through His power turned [thee] into wine, Who walked upon thee with His own holy feet, and Who gave unto thee the name of Siloam¹. I charge thee by Him Who by the hand of His Prophet Elisha in thee cleansed Naaman the Syrian of his leprosy : O holy water, O blessed water, O water

¹ A tank outside Jerusalem several times mentioned in Scripture and once (John ix. 7) spoken of by our Lord by name, but otherwise it is hard to understand the reference in the text.

² F. Elisaei Prophetae.

(Here he touches the water.)

Aqua, lavans sordes et mundans peccata. Adjuro te per Deum vivum, ut te mundam exhibeas, nec aliquam phantasiam in te retineas, sed efficiaris exorcizata, ad effugandum inimicum, et omnes actus fulguris, ut ubicumque aspersa fueris, sive in domo, sive in agro, sive in vineis, sive in seminatis campis, sive in fructibus, sive in angulis cubiculorum, sive in navibus, sive in puteis, vel si quis ex te gustaverit, fias ei defensio, et remedium sanitatis. Ipse quoque diabolus elongetur et separetur, quantum elongatum est coelum a terra, lux a tenebris, veritas a mendacio, justitia ab injustitia, dulce ab amaro: tantum elongetur et separetur ille immundus spiritus ab habitationibus famulorum, famularumque Dei. Per nomen Domini nostri Jesu Christi: qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

that washest away filth and cleansest from sin. I charge thee by the living God that thou show thyself clean and keep no delusion in thee, but become commanded to set to flight the enemy, and all the actions of lightning, that where-soever thou shalt be sprinkled, whether it be in the house, or in the field, or in the vineyards, or on the sown lands, or among the fruits, or in the corners of chambers, or in ships, or in wells, or that one shall taste of thee, that thou be unto him a shield and a healing remedy. And let the devil himself be sent afar off and put away, as far as is the heaven from the earth, light from darkness, truth from falsehood, righteousness from unrighteousness, the sweet from the bitter, so far be that unclean spirit sent afar off and put away from the dwelling of the menservants and of the maidservants of God. Through the Name of our Lord Jesus Christ, Who with the Father and the Holy Ghost liveth and reigneth world without end.

Answer.

Amen.

The Blessing of the Waters on

Priest.

Dominus vobiscum. The Lord be with you.

Answer.

Et cum spiritu tuo. And with thy spirit.

Priest.

Sursum corda. Lift up your hearts.

Choir.

Habemus ad Dominum. We lift them up unto the Lord.

Priest.

Gratias agamus Domino Deo Let us give thanks unto our
nostro. Lord God.

Choir.

Dignum et justum est. It is meet and right so to do.

Priest.

Vere dignum et justum est, It is very meet and right, just
aequum et salutare; nos tibi and healthy, that we should at
semper, et ubique gratias agere, all times and in all places give
Domine Deus coeli et terrae: thanks unto Thee, O Lord God
cujus virtuti subdita sunt uni- of heaven and earth, unto Whose
versa: cujus verbo creata sunt power all things are subject, by
omnia: supermitte, quaesumus Whose word all things were made:
virtutem Spiritus Sancti tui, send down, we pray Thee, the
super hanc creaturam: ut fiat power of Thine Holy Spirit upon
aqua sanctificata, in nomine this thing which Thou hast
Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. made: that it may be water hal-
Te igitur Omnipotens Deus, lowed in the name of the Father,
altissima salus, et respector and of the Son, and of the
perpetuus, humiliter rogamus, Holy Ghost. Wherefore, O Al-
et petimus, ut nos exaudias, et mighty God, Who art the highest
miserearis precibus nostris, health and Whose eyes are ever
quatenus ubicumque haec aqua open, we humbly beseech and
aspersa fuerit, fiat te jubente pray Thee that Thou wouldest

causa purificationis. Habeat quoque perpetuam gratiam ipsa domus, fidem rectam, spem certam, caritatem perfectam, gaudium verum, honorem perpetuum, ut omnes malevoli, et invidi spiritus ab ea expellantur, et separentur. Per Dominum nostrum¹. Amen.

graciously hear us and mercifully regard our supplications, that wheresoever this water shall be sprinkled the same may by Thine ordinance cause purification ; and let that house have grace everlasting, right faith, sure hope, perfect love, true joy, everlasting honour ; that all evil and ill-willing spirits thence be thrust out and put away. Through our Lord.

Answer.

Amen.

Priest.

Iterumque te alloquor aqua, quae lucis similitudinem habes, tu sub coelo, tu super coelum, tu sub terra, tu super terram. Super te invoco nomen sanctum, atque mirabile Dei Omnipotentis, qui te sua potentia convertit in vinum, suspendit super coelos, congregavit in terra, miscuit in mare. Qui te arcanis, et velocibus ventis pluere praecepit : et ad usus hominum, et lavacrum dedit : et sitientibus potum subministravit. Super aquam etiam spiritus Domini non solum ferebatur, sed etiam

Again do I speak unto thee, O water which hast likeness unto the light, thou that art under the heavens and above the heavens, thou that art under the earth and above the earth. Upon thee do I call down the holy and wonderful Name of God the Almighty, Who by His power turned thee into wine, hung thee above the heavens, gathered thee together upon the earth, and mingled thee together in the sea. Who hath commanded thee to rain in His secret and swift winds ; and hath

¹ F. Per Christum Dominum nostrum.

fertur. Adjuro ergo te, creatura aquae per septiformem spiritum Dei vivi. Adjuro te per novem Ordines Angelorum. Adjuro te per vocem tonitruï coruscantis, tremendi et coelestis regis. Adjuro te per lignum mysterii¹, de quo aqua percussa statim dulcis facta est. Adjuro te per eum, qui omnia creavit, ne contemnas vocem humilitatis meae: sed expellas omnem umbram, omnes satellites adversariorum, omnes machinationes diaboli, sive spirituum immundorum, sive biothanathorum, sive errantium, sive ex invocatione magicae artis, sive praecantatorum argumenta, sive draconum et omnium volucrum, vel viperarum, quia imperat tibi Dominus Jesus Christus Filius Dei vivi: quod mox, ut aspersa fueris, in nomine Dei Sabaoth, sive in hominibus, sive in domibus, sive in vineis, sive in pecoribus, vel in quibuslibet animantibus, sive in seminatis campis, sive ab hominibus conculcata fueris; sive in navibus, sive in mari, sive in paludibus, sive in qualicumque creatura, vel in quocumque loco aspersa fueris; sive super infirmum, vel languentem, sive

given thee unto the use of men, and to wash withal; and hath granted thee for drink unto the thirsty. Upon the waters also not only did the Spirit of the Lord move but also is moving. I charge thee, therefore, O water which God hath made, by the sevenfold spirit of the living God. I charge thee by the nine orders of Angels. I charge thee by the voice of the lightning thunder of the awful and heavenly King. I charge thee by the mystic wood wherewith the waters were smitten and straightway they were made sweet. I charge thee by Him Who created all things, that thou despise not my lowly voice, but that thou cast forth every shade, all the crew of the adversaries, all the plottings of the devil, or of unclean spirits, or of vampires, or haunters, or things from the incantations of art, magic, or words of enchanters or dragons, and all birds or vipers, for the Lord Jesus Christ the Son of the Living God doth command thee that, as soon as thou shalt be sprinkled in the Name of the God of Sabaoth, whether it be upon men, or in houses, or

¹ F. misterii.

in potum data fueris homini in valetudine detento, aut maligni spiritus infestatione percusso mox expellas, et excludas omne malignum : ut possit homo velocius salvus fieri, per virtutem Domini nostri Jesu Christi, qui neque dici, neque scribi, neque computari potest, cui nomen est Deus.

Tu autem Domine, qui per Angelum tuum fontem Agar ostendisti, et ex eo Ismaelem sitientem potasti : Qui pueri tui Abrahae in Mesopotamia preces exaudisti, et omnia desideria cordis ejus implesti : Qui famulo tuo Moysi in deserto eremi petram percutere, et ex ea aquam producere, et populum rigare jussisti.

in vineyards, or upon beasts or on any living thing, or on the sown ground, or under the feet of men, or in ships, or on the sea, or on pools, or upon anything which God hath made, or in whatsoever place thou shalt be sprinkled, or upon a sick man or a feeble man, or if thou be given for drink unto a man that is bowed down by sickness or smitten by the troubling of an evil spirit, thou expel every evil forthwith and thrust out the same, that the man may be healed speedily, through the power of our Lord Jesus Christ, Who can neither be spoken, nor written, nor reckoned, Whose name is God.

And Thou, O Lord, who by Thine Angel didst show a spring unto Hagar and didst give Ishmael to drink therefrom when he was athirst : Thou who didst graciously hear the prayers of Thy servant Abraham when he was in Mesopotamia, and didst fulfil all the desires of his heart : Who didst command Thy servant Moses to smite the rock in the wilderness of the desert and to bring forth water therefrom and to slake the people.

The Blessing of the Waters on

In the meanwhile the clergy in the Sacristy have made ready a Godfather¹, who comes carrying the cross in a very fair veil. The deacon and the sub-deacon come with him, with clerks and many lights, and offering incense all the way until they come to the place where the water is being blessed. Then the Godfather kneels down. The Priest censens the cross, and then takes it out of the Godfather's hand, and says the following verse, while he dips the cross into the water:

Qui aquam amaram immisso ligno dulcorasti: benedicere, et sanctificare digneris hanc creaturam aquae. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Thou who didst make the bitter waters sweet by causing a tree to be cast thereinto, be pleased to bless and to hallow this water which Thou hast made, in the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost.

Then he repeats the same a second and a third time, dipping the cross each time, after which the choir sing as follows:

Baptizatur Christus, et sanctificatur omnis mundus: et tribuit nobis remissionem peccatorum: aqua, et Spiritu omnes purificamur.

Christ is baptized, and all the world is hallowed, and He granteth unto us the remission of sins. We are purified by water and the Spirit.



Bap-ti-za-tur Chris-tus, et sanc-ti-fi-ca-tur om-nis mun-dus :



et tri-bu-it no-bis re-mis-si-o-nem pec-ca-to-rum : a-qua,




et Spi-ri-tu om-nes pu-ri-fi-ca-mur.


¹ F. il Padrino. Apparently this personage is so called, because he brings the cross to be dipped in the same way that a Godfather brings a catechumen

Baptizat miles regem, servus
dominum suum : Joannes Sal-
vatorem : aqua Jordanis stupuit :
columba protestatur : Paterna
vox audita est : Hic est Filius
meus.


The soldier baptizeth the
king, the servant his lord, John
the Saviour, Jordan is con-
founded, a dove giveth witness,
the voice of the Father is heard :
This is my Son.




Ant. Bap-ti - zat . . mi-les re - gem, ser-vus do-mi-num su-um :



Jo - an-nes Sal-va - to - rem : a - qua Jor-da - nis stu - pu - it :



co - lum-ba pro-tes-ta - tur : Pa-ter-na vox au-di - ta est :



Hic est Fi - li - us me-us.

Then the Priest gives back the cross to the Godfather and censes it, and the Godfather takes it back whence he brought it, and the Priest continues :

Ut ubicumque aspersa fuerit
in nomine tuo, omnes¹ saevas
inimici jaculationes expellat.

That wheresoever the same
shall be sprinkled in Thy Name
it may drive out all the cruel

to be baptized. When the writer saw this ceremony performed at Rome the person who enacted Godfather did not appear to be any one of important station, but it is obvious that the office could be assigned as a compliment. He was dressed in a yellow satiu cope and carried the cross in an immense veil of very rich embroidery, and was preceded by twelve burning wax torches.

¹ F. omits omnes.

Illud etiam rogamus et petimus, Deus omnipotens : ut sicut ad domum Raguelis sanctum Angelum tuum Raphaelem mittere dignatus es, ut Asmodaeum daemonem colligaret : simile quoque beneficium domibus nostris donare digneris : ut ubicumque haec unda aspersa fuerit, numquam malignus spiritus in eadem domo consistendi vel commorandi habeat potestatem, sed confusus protinus, et destructus abscedat. Per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Coeli, Coelorumque virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplicii confessione dicentes.

darts of the enemy. This also do we pray and beseech Thee, O Almighty God, that, even as Thou wast pleased to send Thine holy angel Raphael unto the house of Raguel to bind the demon Asmodeus, it may please Thee to give a like good unto our houses : that wheresoever this water shall be sprinkled no evil spirit may ever have power to abide or to dwell in that house, but may depart forthwith confounded and crushed ; through Christ our Lord, through Whom the angels do praise Thy majesty, the lordships worship, the mighty ones tremble, the heavens, and the powers of the heavens, and the blessed seraphim with one consent do shout aloud for joy, with all of whom we beseech Thee to be pleased, that our voices also may mingle, humbly praising Thee, and saying :

Choir.

Sanctus.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini : Hosanna in excelsis.

Holy, Holy, Holy, Lord God of Sabaoth. Heaven and earth are full of Thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he that cometh in the Name of the Lord. Hosanna in the highest.

Priest.

Exorcizo te spiritus immunde per Deum vivum, qui fecit coelum et terram, mare, et omnia quae in eis sunt : ut omnes virtutes adversarii, omnes exercitus diaboli, et omnes incursus, et omnia phantasmata inimici eradicentur, et effugiant ab hac creatura salis et aquae : ut sit sancta, et salutifera : et ignis ardens adversus omnes insidias eorum. Ut ubicumque perlata¹, vel aspersa fuerit, haec creatura salis et aquae sit sanitas, sinceritas et corporis medicina : ut effugiat omnis infirmitas, fulgura quoque et grandines ab aspersione hujus aquae separentur et effugiant, et elongentur. Per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

I command thee, O unclean spirit, by the living God Who made heaven and earth, the sea and all that therein is, that all the powers of the adversary, all the armies of the devil, all onslaughts and all delusions of the enemy may be put away and may flee before this salt and water which God hath made, that the same may be holy and healthy and a burning fire against all their snares : that wheresoever shall be carried or sprinkled this salt and water which God hath made they may be for health, wholeness, and bodily healing : that from the sprinkling of this water, there be driven away, and flee, and be put afar off all sickness, and lightning also, and hail ; through Him Who is to come to judge the quick and the dead, and the world by fire.

Answer.

Amen.

Priest.

Oremus.

Let us pray.

Vere sanctus, vere benedictus, terribilis, metuendus, et adorandus Domine Deus noster : ab

In good sooth art Thou holy, in good sooth art Thou blessed, awful, fearful, and worshipful,

¹ F. portata.

occultis nostris munda nos, et ab alienis parce servis tuis : ut cum fiducia valeamus dicere orationem illam regalem, quam Dominus et Salvator noster per Evangelium suum orare docuit, dicens :

Pater noster, qui es in coelis.

He continues the Lord's Prayer, and finishes it with the words :

Et ne nos inducas in tentationem,

O Lord our God ; cleanse Thou us from our secret faults, keep back Thy servants also from the sins of others : that we may be able with all trustfulness to utter that kingly prayer which our Lord and Saviour hath by His Gospel taught us to pray, saying :—

Our Father, &c.

and lead us not into temptation,

Answer.

Sed libera nos a malo.

But deliver us from evil.

Priest.

Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis praeteritis, praesentibus et futuris. Libera nos, quaesumus, Domine, famulos, et famulas tuas a gladio, a fame, a tentatione diaboli, a percussione saeculi, et ab infirmitatibus malis. Per liberatorem et redemptorem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Deliver us, O Lord, we beseech Thee, from all evils past, present, or to come. Deliver, O Lord, we beseech Thee, us Thy menservants and Thy maidservants from the sword, from famine, from the temptations of the devil, from the blows of the world and from evil sickness ; through our Liberator and Redeemer, our Lord Jesus Christ Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Ghost, world without end.

Answer.

Amen.

Priest.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens, aeterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi : Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob : exorcizante me istam creaturam salis et aquae, precor te : ut me exaudire digneris in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, Filii Dei vivi, regis et judicis nostri : ut sit purgatio et purificatio omnibus hominibus : atque in eis, in quibus aspersa fuerit, habeat potestatem ad effugandos immundos et phantasmaticos spiritus : et omnem nefarium diabolum : atque omnes figuras, et minas Satanae. Concedatur etiam ei potestas ad exterminandum fulgura et grandines, et omnes adversitates humanae naturae : ut non possit immundus spiritus nocere his locis, in quibus aspersa fuerit : sed confusus, et destructus abscedat : Per virtutem Domini nostri Jesu Christi regis : Qui cum Deo Patre vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Let us pray.

O Holy Lord, Almighty Father, Everlasting God, Father of our Lord Jesus Christ, God of Abraham, God of Isaac, and God of Jacob, I pray Thee as I command this salt and water which Thou hast made, that it may please Thee graciously to hear me in the Name of our Lord Jesus Christ of Nazareth, the Son of the Living God, our King and our Judge, that it may be a cleansing and purification unto all men : and that wheresoever it shall be sprinkled it may have the power of putting to flight unclean and spectral spirits, and every wicked devil, and all the phantasms and threats of Satan. Be there granted also unto it the power to drive away lightning and hail, and all things which fight against man's nature ; that the unclean spirit may have no power to hurt where it shall have been sprinkled, but may go away confounded and crushed ; through the power of Jesus Christ our Lord and King, Who liveth and reigneth with God the Father for ever and ever.

Answer.

Amen.

Priest.

Adjuro te, creatura salis et aquae, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Adjuro te in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui super te suis pedibus ambulavit. Adjuro te per eum qui te de fonte paradisi produxit. Adjuro te per eum, qui Apostolis suis praecepit, dicens, Ite baptizate omnes Gentes, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Per ipsius nomen te adjuro : ut ubicumque aspersa fueris, omne phantasma de domo ipsa, et omnis incursio diaboli eradicetur, et effugiat : per Deum vivum, per Deum verum, Deum totius creatorem : ut neque hominibus, neque domiciliis, neque navibus, neque pecoribus, neque frugibus, neque arboribus noceas. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. Amen.

O salt and water which God hath made, I charge thee in the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. I charge thee in the Name of our Lord Jesus Christ Who walked upon thee with His own blessed feet. I charge thee by Him Who made thee to go out from a spring in Eden. I charge thee by Him Who commanded His Apostles, saying, Go ye and baptize all nations in the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. In His Name do I charge thee that where-soever thou shalt be sprinkled every spectre, and every onslaught of the devil may be put away and flee from that house, through the living God, through the true God, through God the maker of all : that thou hurt neither men, nor dwellings, nor ships, nor herds, nor fruits, nor trees ; through our Lord Jesus Christ Thy (sic) Son Who is to come to judge the quick and the dead, and the world by fire.

Answer.

Amen.

Priest.

Deus, qui ad salutem humani generis, maxima quaeque sacramenta, in aquarum substantia condidisti : adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus parato, virtutem tuae benedictionis infunde : ut creatura tua mysteriis¹ tuis serviens, ad abjiciendos daemones, morbosque pellendos divinae gratiae sumat effectum ut quidquid in domibus, vel in locis Fidelium, haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa : non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens : discedant omnes insidiae latentis inimici : et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat, atque discedat : ut salubritas, per invocationem tui nominis expetita, ab omnibus impugnationibus sit defensa. Per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

O God, Who for the salvation of mankind hast ordained great mysteries in water, give ear in mercy unto our cry, and pour forth the power of Thy blessing into this element made ready by many purifications, that this Thy thing which Thou hast made may serve Thy mysteries and receive the power of Thy Divine Grace for the casting out of fiends and the driving away of diseases, that upon whatsoever this water shall fall in the houses or in the places of Thy faithful the same may be free of all uncleanness and rid of all harm. There let not the spirit of pestilence or the breath of corruption rest; thence let all the snares of the hidden enemy depart, and, if anything there be which threateneth evil against the safety or the peace of them that therein dwell, let the sprinkling of this water drive them away and let them depart: that the health for which we ask by calling upon Thy Name may be safe against all assaults. Through Him Who is to come to judge the quick and the dead, and the world by fire.

¹ F. misteriis.

The Blessing of the Waters on

Benedictio Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super hanc creaturam salis et aquae. Amen. May the blessing of God the Father, and the Son, and the Holy Ghost come down upon this salt and water which He hath made.

Answer.

Amen.

Priest.

Credo in unum Deum— I believe in one God—

The Nicene Creed is continued and finished, after which the Priest sprinkles the people with the blessed water and the choir sing ASPERGES ME with the GLORIA PATRI. After which the Deacon sings the Gospel from Luke iii. 21, Factum est autem, to the word Jordane in iv. 7. Then the Cantors sing the Te Deum, and it is finished by the brethren in the choir. After which the Priest says:

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. Show us, O Lord, Thy mercy.

Answer.

Et salutare tuum da nobis. And grant us Thy salvation.

Priest.

Domine, exaudi orationem meam. O Lord, hear my prayer.

Answer.

Et clamor meus ad te veniat. And let my cry come unto Thee.

Priest.

Dominus vobiscum. The Lord be with you.

Answer.

Et cum spiritu tuo. And with thy spirit.

Priest.

Oremus. Let us pray.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus; Hear us, O Holy Lord, Almighty Father, Eternal God,

et mittere digneris sanctum and be pleased to send Thy
angelum tuum de coelis, qui holy angel from heaven to keep,
custodiat, foveat, protegat, visi- cherish, protect, visit, and de-
tet, atque defendat omnes habi- fend all that dwell in this place ;
tantes in hoc habitaculo. Per through Christ our Lord.
Christum Dominum nostrum.
Amen ¹.

Answer.

Amen.

Priest.

Adjutorium nostrum in no- Our help is in the name of
mine Domini. the Lord.

Answer.

Qui fecit coelum et terram. Who hath made heaven and
earth.

Priest.

Domine, exaudi orationem O Lord, hear my prayer.
meam.

Answer.

Et clamor meus ad te veniat. And let my cry come unto Thee.

Priest.

Dominus vobiscum. The Lord be with you.

Answer.

Et cum spiritu tuo. And with thy spirit.

Priest.

Oremus. Let us pray.

Benedic, Domine Deus Bless, O Lord God Almighty,
Omnipotens, locum istum (*vel* this place (*or* this house), that
domum istam): ut sit in eo (*vel* there may be in it health,
in ea), sanitas, castitas, victoria, chastity, victory, virtue, hu-

¹ In F. there is no equivalent for what follows.

The Blessing of the Waters

virtus, humilitas, bonitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio, Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; et haec benedictio maneat super hunc locum (*vel* super hanc domum), et super habitantes in eo (*vel* in ea). Per Christum Dominum nostrum. Amen.

mility, goodness, and meekness, fullness of the law, and thanksgiving unto the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost; and may this blessing remain upon this place (*or* house) and upon them that dwell therein; through Christ our Lord.

Answer.

Amen.

(Postea aspergatur Aqua benedicta.) (*Then he sprinkles the holy water.*)